

*Thomae de Aquino*

## Summa theologiae

*Tertia Pars [= III]**Quaestio 81, articulus 2:  
Utrum Christus Iudae dederit corpus suum*

Videtur quod Christus Iudae non dederit corpus suum.

1. Ut enim legitur *Matth.* XXVI, postquam Dominus dederat corpus suum et sanguinem discipulis, dixit eis, „non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illum cum illud bibam vobiscum novum in regno patris mei“. Ex quo videtur quod illi quibus corpus suum et sanguinem dederat, cum eo essent iterum bibituri. Sed Iudas postea cum ipso non bibit. Ergo non accepit cum aliis discipulis corpus Christi et sanguinem.

2. Praeterea, Dominus implevit quod praecepit, secundum illud *Act.* I, „Coepit Iesus facere et docere“. Sed ipse praecepit, *Matth.* VII, „Nolite sanctum dare canibus“. Cum ergo ipse cognosceret Iudam peccatorem esse, videtur quod ei corpus suum et sanguinem non dederit.

3. Praeterea, Christus specialiter legitur Iudae panem intinctum porrexisse, *Ioan.* XIII. Si ergo corpus suum ei dederit, videtur quod sub buccella ei dederit, praecipue cum legatur *ibidem*, „et post buccellam introivit in eum Satanas“; ubi Augustinus dicit, „Hinc nos docemur quam sit cavendum male accipere bonum. Si enim corripitur qui non diiudicat, idest, non discernit corpus Domini a ceteris cibis, quomodo damnabitur qui ad eius mensam, fingens se amicum, accedit inimicus?“

*Thomas von Aquin*

## Summe der Theologie

*Dritter Teil [= III]**Frage 81, Artikel 2:  
Ob Christus dem Judas seinen Leib dargereicht hat*

Es scheint, daß Christus Judas seinen Leib nicht dargereicht hat.

1. Wie man nämlich bei *Mt* 26,29 liest, sagte der Herr, nachdem er seinen Leib und sein Blut den Jüngern dargereicht hatte, zu ihnen: „Ich werde von jetzt ab nicht mehr von diesem Gewächs des Weinstockes trinken bis zu dem Tage, da ich es von Neuem mit euch trinken werde im Reiche meines Vaters.“ Also scheint es, daß jene, denen er seinen Leib und sein Blut dargereicht hatte, wieder mit ihm trinken sollten. Judas aber trank hernach nicht mit ihm. Folglich empfing er nicht mit den anderen Jüngern den Leib und das Blut Christi.

2. Außerdem: Der Herr erfüllte selbst, was er gebot, wie es in *Apg* 1,1 heißt: „Jesus begann zu wirken und zu lehren.“ Er selbst aber gebot in *Mt* 7,6: „Gebt das Heilige nicht den Hunden.“ Da er aber selber erkannte, daß Judas ein ist, scheint es, daß er ihm seinen Leib und sein Blut nicht dargereicht hat.

3. Außerdem: Von Christus ist bei *Joh* 13,26 zu lesen, daß er dem Judas in besonderer Weise einen eingetunkten Bissen reichte. Wenn er ihm seinen Leib darreichte, scheint er ihn ihm folglich unter dem Bissen gegeben zu haben, zumal *ebendort* zu lesen ist: „Und nach dem Bissen fuhr der Satan in ihn“ (13,27). Dazu sagt Augustinus: „Hier werden wir belehrt, wie sehr wir uns hüten müssen, das Gute schlecht zu empfangen. Wenn nämlich getadelt wird, wer nicht unterscheidet, d.h. den Leib des Herrn und die übrigen Speisen nicht auseinanderhält, wie wird der verdammt werden, der zu seinem Tisch, den Freund spielend, in Wirklichkeit aber als Feind hinzutritt?“



Sed cum buccella intincta non accepit corpus Christi, ut Augustinus dicit<sup>1</sup>, super illud *Ioan.* XIII, "Cum intinxisset panem, dedit Iudae Simonis Iscariotis, non, ut putant quidam negligenter legentes, tunc Iudas solus corpus Christi accepit". Ergo videtur quod Iudas corpus Christi non acceperit.

SED CONTRA est quod Chrysostomus dicit, "Iudas, particeps existens mysteriorum, conversus non est. Unde fit scelus eius utrinque immanius, tum quia tali proposito imbutus adiit mysteria; tum quia adiens melior factus non fuit, nec metu nec beneficio nec honore".<sup>2</sup>

RESPONDEO DICENDUM quod Hilarius posuit, super *Matth.*<sup>3</sup>, quod Christus Iudae corpus suum et sanguinem non dedit. Et hoc quidem conveniens fuisset, considerata malitia Iudae.

Sed quia Christus debuit nobis esse exemplum iustitiae, non conveniebat eius magisterio ut Iudam, occultum peccatorem, sine accusatore et evidenti probatione, ab aliorum communione separaret, ne per hoc daretur exemplum praelatis Ecclesiae similia faciendi; et ipse Iudas, inde exasperatus, sumeret occasionem peccandi. Et ideo dicendum est quod Iudas cum aliis discipulis corpus Domini et sanguinem suscepit, ut dicit Dionysius in libro *Eccles. Hier.*<sup>4</sup>, et Augustinus, super *Ioannem.*<sup>5</sup>

AD PRIMUM ergo dicendum quod illa est ratio Hilarii ad ostendendum quod Iudas corpus Christi non sumpsit. Non tamen cogit. Quia Christus loquitur discipulis, a quorum collegio Iudas se separavit, non autem Christus eum exclusit. Et ideo Christus, quantum est in se, etiam cum Iuda vinum in regno Dei bibit, sed hoc convivium ipse Iudas repudiavit.

<sup>1</sup> Augustinus, *In Ioannem tractatus* 62 (PL 35,1802).

<sup>2</sup> Johannes Chrysostomus, *Homiliae in Matthaum* 82 (PG 58,737).

<sup>3</sup> Hilarius von Poitiers, *In Matthaum* 30,2 (PL 9,1065).

<sup>4</sup> Ps.-Dionysius Areopagita, *De ecclesiastica hierarchia* 3 (PG 3,428).

<sup>5</sup> Augustinus, *In Ioannem tractatus* 62 (PL 35,1802).

Aber mit dem eingetunkten Bissen empfing er nicht den Leib Christi, wie Augustinus zu *Joh* 13,26 („Als Er das Brot eingetunkt hatte, gab er es Judas, dem Sohn Simons Iskariot“), sagt: „Judas empfing damals nicht allein, wie manche nachlässig lesend, glauben, den Leib Christi.“ Also scheint Judas den Leib Christi nicht empfangen zu haben.

DAGEGEN ABER steht, was Chrysostomus sagt: „Judas wurde durch die Teilnahme an den Geheimnissen nicht bekehrt. Daher wird sein Verbrechen in zweierlei Hinsicht schrecklicher: sowohl, weil er mit einem solchen Vorsatz im Herzen zu den Geheimnissen hinzutrat, als auch, weil er, nachdem er hinzugetreten war, nicht besser wurde - weder durch die Furcht, noch durch die Wohltat, noch durch die Ehre.“

ICH ANTWORTE: Hilarius nahm [zu *Mt* 26,17 ff.] an, daß Christus dem Judas seinen Leib und Sein Blut nicht darreichte. Und das wäre angebracht gewesen, wenn man die Bosheit des Judas in Erwägung zieht.

Weil aber Christus uns ein Beispiel der Gerechtigkeit sein sollte, war es mit seinem Lehramt nicht vereinbar, daß er Judas, einen geheimen Sünder, ohne Ankläger und offensichtlichen Beweis von der Gemeinschaft der anderen trennte, damit dadurch den Vorstehern der Kirche nicht ein Beispiel gegeben werde, Ähnliches zu tun, und Judas selbst, dadurch erbittert, Anlaß zur Sünde nehme. Darum muß man sagen, daß Judas mit den anderen Jüngern den Leib und das Blut des Herrn empfing, wie Dionysius im Buch *Von der kirchlichen Hierarchie* und Augustinus in seinem *Traktat über Johannes* lehren.

ZUM 1. EINWAND: Dies ist das Argument des Hilarius, um zu zeigen, daß Judas den Leib des Herrn nicht empfing. Es ist aber nicht zwingend. Denn Christus spricht zu den Jüngern, von deren Gemeinschaft Judas sich trennte, von der ihn Christus selbst jedoch nicht ausschloß. Und darum trinkt Christus, soweit es ihn betrifft, auch mit Judas den Wein im Reiche Gottes; dieses Mahl aber hat Judas selbst verschmäht.

AD SECUNDUM dicendum quod Christo nota erat Iudae iniquitas sicut Deo, non autem erat sibi nota per modum quo hominibus innotescit. Et ideo Christus Iudam non repulit a communione, ut daret exemplum tales peccatores occultos non esse ab aliis sacerdotibus repellendos.

AD TERTIUM dicendum quod sine dubio Iudas sub pane intincto corpus Christi non sumpsit, sed simplicem panem. Significatur autem fortassis, ut Augustinus dicit *ibidem*, „per panis intinctionem fictio Iudae, ut enim inficiantur, nonnulla tinguntur. Si autem bonum aliquod hic significat tinctio“, scilicet dulcedinem bonitatis divinae, quia panis ex intinctione saporior redditur, „eidem bono ingratum non immerito secuta est damnatio“. Et propter hanc ingratitude id quod est bonum, factum est ei malum, sicut accidit circa sumentes corpus Christi indigne.

Et, sicut Augustinus dicit *ibidem*, „intelligendum est quod Dominus iam antea distribuerat omnibus discipulis suis sacramentum corporis et sanguinis sui, ubi et ipse Iudas erat, sicut Lucas narrat. Ac deinde ad hoc ventum est, ubi, secundum narrationem Ioannis, dominus per buccellam tinctam atque porrectam suum exprimit proditorem“.<sup>1</sup>

(Lateinischer Text: [corpusthomaticum.org](http://corpusthomaticum.org))

<sup>1</sup> Augustinus, *In Ioannem tractatus* 62 (PL 35,1801f.).

ZUM 2. EINWAND: Christus war die Bosheit des Judas bekannt, wie Gott. Sie war ihm aber ihm nicht bekannt auf die Weise, auf die sie den Menschen bekannt wird. Und daher hielt er Judas nicht von der Kommunion zurück, um ein Beispiel zu geben, daß solche geheime Sünder nicht von den anderen Priestern zurückzuhalten seien.

ZUM 3. EINWAND: Ohne Zweifel empfing Judas unter dem eingetauchten Brot nicht den Leib Christi, sondern gewöhnliches Brot. Es wird aber vielleicht, wie Augustinus an der gleichen Stelle sagt, „durch das Eintunken des Brotes die Verstellung des Judas angedeutet; manches wird nämlich eingetaucht, damit es benetzt wird. Wenn aber das Eintauchen hier etwas Gutes bedeutet“, nämlich die Süßigkeit der göttlichen Güte, weil das Brot durch das Eintunken schmackhafter gemacht wird, „so heftet sich, an das gleiche Gut für den Undankbaren nicht unverdienterweise die Verdammnis.“ Und wegen dieser Undankbarkeit ist das, was gut ist, für ihn schlecht geworden, wie es bei denen der Fall ist, die den Leib Christi unwürdig empfangen.

Und wie Augustinus *ebendort* sagt, „ist der Vorgang so zu verstehen, daß der Herr bereits vorher an alle seine Jünger das Sakrament seines Leibes und Blutes verteilt hatte, wo auch Judas selbst dabei war, wie Lukas [22,19ff.] berichtet. Und dann kam man dahin, wo nach dem Bericht des Johannes der Herr durch Eintauchen und Darreichen des Bissens seinen Verräter kennzeichnet“.

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing, auf der Grundlage der Übersetzung der DThA)